# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Nobilitas d
### cum uariis

Nichil aliud uideo in nobilitate appetendum nisi quod nobiles quadam necessitate constringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Non enim datur nobili patri palma sed cursui. Et plerumque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis.

Ieronymus in quadam epistola.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

uideo] in deo M; nobiles] nobilites (*cor. sub lin.*) C; degenerent] degenerant B; datur] cons (*cor. in marg.*) M; ignobilitatem] ignobilitas B C; Ieronymus in quadam epistola] ibidem $L^1$ $L^2$